



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

II. De initiis operum & constructione Hospitalis in ciuitate VVurtzeburgensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Venit in Poloniam.

Imperatoris Iudita nomine in matrimonio iungeretur Boleslao Polonorum Duci, cui ille tanquam fidelissimus adherens Capellanus, Poloniam venit: ibique in breui loquelam gentis addiscens, & praefatae matronae obsequio deditus prudenter se agebat; donec magnus valde & nominatus in illa regione factus est. Sed & nobiles quique & potentes illius terrae, certatim ei filios suos ad erudiendum offerebant. Sicque, Deo cuncta eius opera dirigente, non mediocriter diues esse cepit in possessione auri & argenti. Non enim in ludicris & vanis mundi illecebris opes sapientia & fidelitate sua congregatas expendebat: sed, ut vir prudens & sensatus rem suam seruare nouerat. Domina etiam Iudita, cui familiare contubernium praestabat, frequenter per eum munera varia & magnifica germano suo Imperatori dirigebat; utpote quae nullum fide & moribus inter obsequentes sibi praestantiorum habebat. Cuius legationis officium tanta auctoritate & circumspeditione persoluebat, ut per hoc ipsi etiam rerum Domino mirabilis videretur.

*De initiis operum, & hospitali pauperum per beatum Ottonem in ciuitate VVurtzburghensi constructo.*

CAPVT SECVNDVM.

Ellen



AEpius autem transitum faciens per VVurtzburghense cenobium, a religioso eiusdem loci Abbate Henrico nomine, ut vir grauioris personae reuerenter suscipiebatur, debitoque humanitatis officio benignè tractabatur. Cuius benevolentiae vir sagacis animi non immemor, audiensque illic magnam vitualium rerum esse penuriam; ut totis misericordiae & charitatis visceribus affluebat, inopiae eorum condoluit. Et quia *charitas operatur magna, si est; si vero operari renuit, charitas non est: ex opibus a Deo sibi concessis, Hospitale ad receptionem peregrino-*

S. Greg.  
Herbipoli Hospitali domum  
aestruit.

regino-



reginorum illic construxit; hocque primum suæ deuotionis manus de thesauro bonæ voluntatis Christo obtulit. Sic bona arbor fructum plurimum germinatura in florem erupit, & quasi primitias agri sui ad altare veri sacerdotis detulit, vt cētuplum in hoc seculo, & futuro vitam æternam reciperet. *Bo. Matth. 19.* num planè initium, quod finis est optimus subsequutus.

*Qualiter S. Otto post obitum Iudithæ sororis  
Henrici IV. Ratisbonam demum ad  
Curiam Imperatoris uenerit.*

## CAPVT TERTIVM.

**D** Ost obitum ergo venerabilis Domine Iudithæ, ad *Ebbe.*  
Teutonicas reuersus regiones, Ratisbonam adiit; *Redit in Ger-*  
ubi Canonicis in seruitio Christi adhærens reue- *maniam.*  
rendi habitus modestia ac probabilis vitæ disci-  
plina cunctis amori & exemplo fuit. Illo tempore Abbatissa  
de \* inferiori monasterio magnæ opinionis, utpote neptis \* *Niderindes*  
Henrici Imperatoris, & Virtutum operatrix habebatur; quæ *stet.*  
cernens personæ & morum eius elegantiam, audiensque ma-  
gni consilij virum, sine mora eum aduocans, vt alterum Io-  
seph rerum suarum totiusque domus dispensatorem consti-  
tuit: at ille solita grauitate & industria fidei grauitate guber-  
nabat omnia.

Interea Henricus Imperator quoddam de Principalibus *Vide Sitam en-*  
festis Ratisbonæ celebraturus, ad neptem suam Abbatissam *dit. à Canis.*  
diuertit: in cuius obsequio videns tantæ auctoritatis & reue- *lib. 1. cap. 2.*  
rentiæ virum, mirari ac delectari cœpit sagacitate animi eius;  
conuersusque ad cognatam, ait; Opportunum est, soror, cun-  
ctis in hoc festo amicis suis solatiantibus, & te mihi aliquod  
charitatis obsequium ob consanguinitatis vinculum impen- *Imp. Henricus*  
dere. Qua humiliter respondente; iube quod vis, Domine, mi *perit ab Abba-*  
Rex, non enim fas est, vt auertam faciem tuam. Imperator *issa S. Othe-*  
subiunxit. Nihil aliud peto, nisi Capellanum tuum, Domi- *nem.*

num